OFFICIVM
SANCTI PETRI
COELESTINI
ORDINIS S. BENEDICTI

Et Institutoris Congregationis Coelestinorum, Pontificis Maximi.

SEMIDVPLEX.

A S. R. C. Congreg. recognitum, & approbatum.

De mandato Sanctiss. D. N. CLEMENTIS P. P. IX. in Breuiario Romano apponendum:

Et ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur, recitandum die 19. Maij.



ROMAE, ex Typographia R. Camerae Apost. [illegible]

Superiorum permissu, & Priuilegio.

IN FESTO S. PETRI COELESTINI PAPÆ, ET CONFESSORIS.

SEMIDVPLEX.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea quæ sequuntur.

ORATIO.

DEus, qui B. Petrum Cœlestinum ad summi Pontificatus apicem sublimasti, quique illum humilitati postponere docuisti, concede propitius, vt eius exemplo cuncta mundi despicere, & ad promissa humilibus præmia peruenire feliciter mereamur. Per Dominum nostrum &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrenti.

IN II. NOCTVRNO

Lectio iv.

PETRVS à nomine quo Pontifex est appellatus, Cœlestinus dictus, honestis, Catholicisque parentibus Aeserniç in Samnitibus

tibus natus, adolescentiam vix ingressus, vt animum à mundi illecebris custodiret, in solitudinem secessit. Ibi cōtēplationibus mentem nutriens, corpus in seruitutem redigens, ferream catenam ad nudam carnem adhibebat. Congregationem, quæ postea Cœlestinorum dicta est, sub Regula S. Benedicti instituit. Hinc quasi lucerna supra candelabrū posita, cum abscondi nequiret (Romana Ecclesia diù viduata Pastore) in Petri cathedram ignorans, & absens ascitus, magna nouitatis admiratione, non minùs quàm repentino gaudio cūctos affecit. Cum autem in Pontificatus sublimitate collocatus varijs distentus curis, assuetis incumbere meditationibus vix posse cognosceret; oneri pariter, & honori voluntariè cessit; Indeque priscam vitæ rationem repetés, obdormiuit in Domino. Eiusque pretiosam mortem Crux prę fulgens in aere ante cubiculi ostium reddidit, amplius gloriosā. Miraculis multis tàm viuens, quàm post obitum claruit, quibus ritè examinatis, Clemens Quintus anno postquam decessit vndecimo Sanctorum numero adscripsit.

Lectio v. & vi. ex lib. Moral. S. Gregorij Papæ. Deridetur iusti simplici-

plicitas. *ut in Comm. Confess. non Pont.*

IN III. NOCT.

Homil. Venerab. Bedæ in Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia. *ut in Conuersione Sancti Pauli Apostoli cum commemoratione, & nona Lectione S. Pudentianæ Virginis.*

Missa. Statuit ei Dominus. *de Comm. Confess. Pont.*

Oratio, ut supra.

Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia. *ut in Comm. Abb.*

VRBIS, ET ORBIS.

SANCTISSIMVS D. Noster, Ex sententia Congregationis Sac. Rituum Kalendario, & Breuiario Romano Officium S. Petri de Murrone in Pontificatu Cælestini V. sub ritu semiduplici apponi mandauit die 19. Maij de Communi Confess. Pontif. cum commemoratione, & nona Lectione S. Pudentianæ Virginis ab omnibus, qui horis Canonicis obstricti sunt ex præcepto recitandum, & cum Lectionibus, & Oratione mox appenendis in eodem Breuiario imprimendum. Hac die 2. Iulij 1668.

M. Episc. Portuen. Card. Ginettus.

Loco ✝ sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secr.

SAcra Rituum Congregatio, referente Eminentissimo Domino Cardinali Brancatio supradictas Orationem, & Lectionem approbauit, easque recitari posse permisit ut iacēt; Alia verò de Communi fieri mandauit, ac imprimi posse concessit, Hac die 5. Octobris 1669.

M. Episc. Portuen. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac.Rit.Cong.Secr.

SAcra Rituum Congregatio, referente Eminentissimo Domino Cardinali Brancatio supradictas Orationem, & Lectionem approbauit, easque recitari posse permisit ut iacet; Alia verò de Communi fieri mandauit, ac imprimi posse concessit. Hac die 5. Octobris 1669.

M. Episc. Portuen. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Secr.

SAcra Rituum Congregatio referente Eminentissimo Domino Cardinali Brancatio supradictas Orationem, & Lectionem approbauit, easque recitari posse permisit vt iacet; Alia verò de Communi fieri mandauit, ac imprimi posse concessit, Hac die 5. Octobris 1669.

M. Episc. Portuen. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Secr.